Situs pervetustæ et ad memoriam posteritatis celeberrimæ quondam Urbis Vittaliæ in Smalandia præfectura Jænecopensi et paræcia Wittlanda cum adjacentibus locis, geometricè delineatus ubi hodieque ostentantur plane eximia priscæ magnitudinis ejus indicia circa pagum Wittlanda, in cujus nomen et fatum tanta Urbs lapsu temporum, demum concessit

Notarum Explicatio

1. *Rudera arcis Hultabyensis septem et amplius ulnarum altitudine supra terram eminentia.*
2. *Templum Vitlandense sub initium Christianismi exstructum, eo in loco ubi olim stetit Fanum superstitionis paganicæ, cujus perplurima adhuc visuntur vestigia*
3. *Cippus runicus cum hac inscriptione: katillus erexit lapidem fratri suo Naggaro Stenonis filio.*
4. *Alius ejusdem generis, cui hæc inscripta leguntur verba: Biur posuit lapidem in memoriam Starckbeni, cujus animæ Deus det magnum solatium*
5. *Adhuc alius variis figuris conspicuus.*
6. *Signa plurimarum magnæ molis ædium quadratis cumprimis lapidibus insignium, quarum bona pars cessit exstructioni templi et Cœmiterii Vitlandensis.*
7. *Rudera magnorum ædificiorum humo contecta.*
8. *Lapis runicus humanam staturam altitudine superans cum inscriptione: Arinfast posuit hunc lapidem patri Herodo et fratri Thorberno.*
9. *Colles sepulcrales, quibus vario ordine circumpositi sunt plurimi lapides.*
10. *Vasti ædificii rudera ad forum hujus Urbis, in cujus circuitu cellarum et puteorum plurimæ cernuntur reliquiæ.*
11. *Locus in quo Saxis strata platea perampla, sed humo ad duas spithamas contecta, utrinque conspicuis, multis subterranearum cellarum et cryptarum ruderibus.*
12. *Vasta planities tota lapidibus strata majori ex parte humo obducta.*
13. *Locus inde ab antiquissimis temporibus fori nomine insignitus.*
14. *Locus qui ante aliquot annos effossus cum defigendus esset truncus roboreus milliarium index, gladium tres pollices latum prodidit.*
15. *Varii tumuli sepulcrales lapidibus circumdati.*
16. *Alii tumuli cum lapidibus triquitram aliamque figuram similem repræsentantibus*
17. *Vadum inde ab ultimis retro temporibus designatum suburbii nomine, ubi tamen nulla in propatulo visuntur rudera.*
18. *Lapis erectus stans quatuor ulnarum altitudine cui par alius procumbit neuter scriptura notabilis.*
19. *Hic plurimæ plateæ lithostrotæ nec non cellæ vinariæ pleræque tamen vepribus et musco squalidæ*

0. *Putei et Cisternæ perpetuo saxo suffultæ, sed earundem rerum turpi proventu squalentes*

Steenewadh

Tuicksbackar eller bergs Smallar

kutta Steen

S Y L V A

W I T T A

W I T T A L A

L E N S I S

M O O

Pagus Hwett landa

via Junecopiam versus

HELLINGE

Garpudden

Axendås

Rudera Arcis Hultaby

LACUS

INSULA HULTABYENSIS

HULTABY LACUS

Rödsten

Stockebroo

Mogiärde

Pagus Torget

Tore Sump

Kinne

Kärr

Hunnehaller

Bytesbacken

Upplanda

Scala 1600 Ulnarum

50. 500. 1000. 1500.

